

05  
A  
978

I

D  
PR

Dr  
SAC

A

J. P. Ludewig / P. P.

DE JURE,

QVOD SIBI GALLIARVM REX

IN

LOTHARINGIAM

POSTVLAVIT VSVRAVITQVE HACTENVS.

SCRIPTA DISSERTATIO,

BREVVM SERIE AD HÆC TEMPORA VSQ; PRODUCTA.

AD ILLVSTRISSIMVM ATQVE EXCELLENTISSIMVM

D OM IN V M

NICOLAVM BARTHOLOMAEV M MICHAELEM

L IB. BARONEM

DE DANKELMANN

SERENISS. ATQVE POTENTISS. ELECT. BRANDENB.  
CONSIL. STATVS INTIMVM,

CAMERÆ DVCATVS MAGDEBVRG. PRAESIDEM,  
IN AVLA CAESAREA HACTENVS LEGATVM  
SPLENDIDISSIMVM .

N VNC ORBIS CHRISTIANI

DELEGATVM PACIFICATOREM,

FAVSTO OMINE

F R I D E R I C I A N A M

T R A N S E V N T E M.

Editio quarta.

---

HALAE MAGDEBVRG.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr. 1712.

22



DE LIBRIS  
GALLIENSIA  
MANUSCRITIS  
DE DEDICATIS  
MANUSCRITIS  
DE LEGATIS  
MANUSCRITIS  
DE MATERIA  
MANUSCRITIS  
DE PERSICIS  
MANUSCRITIS  
DE ROMANIS  
MANUSCRITIS  
DE TURCIS  
MANUSCRITIS

Pr  
an  
III  
S.1. Pr  
peri  
S.2. A  
Gall  
S.3. Qu  
vene  
S.4. An  
in G  
S.5. An  
mani  
rata  
S.6. Qu  
fus a



## C A P . I.

De

# Priscis Gallorum in Lotharingiam juribus, nostra aetate ab auctoribus quibusdam frustra refricatis.

§.1. *Propositio atque divisio operis.*

§.2. *An Lotharingiae officiat Galliae partem fuisse?*

§.3. *Quo jure in Germanorum venerit potestatem?*

§.4. *An Germaniae jus aliquot in Galliam sit?*

§.5. *An Lotharingia, a Germania atque ac Gallia separata, sui juris facta?*

§.6. *Quo jure Lotharingia rursum accesserit Germaniae?*

§.7. *Qua causa abjuraverint jus omne in Lotharingiam Galli?*

§.8. *An jure post invadere Lotharingiam potuerint Galli, Carolingi in Germania extinti?*

§.9. *An a nostris Imperatoriis Galliae Regibus cessa sit Lotharingia?*

§.10. *Quo nexo clientelari Lotharingia subdita fuerit Germaniae?*

A 2

§.1. Q.

## §. I.



Mne ius, quod sibi Galiarum Rex in Lotharingiae ducatum sum-  
fit usurpavitque hacte-  
nus; id duarum causa-  
rum in primis oritur ex aliqua. U-  
nam ille ex veteri historia eruit; al-  
teram ex pacto sibi adrogat, patrum  
ac nostra memoria facto. Primum  
fundamentum in limitibus & succe-  
forio iure Carolingorum; alterum  
in cesione ac belli iure ponit. Ultra-  
que igitur consulenda a nobis histo-  
ria erit; siquidem utriusque dubio sa-  
tisfaciendum.

§. 2. Primo omnium hanc provin-  
ciam, quam Lotharingiæ nunc voce  
signamus, veterem Galliam comple-  
xu suo continuissè; eo minus in du-  
biu

\* (s) \*

bium vocamus : quo magis terminum Galliam inter Germaniamque Rhenum fluvium fuisse , communione omnium veterum scriptorum consensus (a) constat. Inde vero tantum abest, ut Galli ius aliquod sibi in Lotharingiā postulare possint : quantum abest, ut ipsi duos Romæ consules, si qui hodie sunt, pro suis etiam nunc dominis sint agnitiuri : eo, quod Romanis consulibus imperioque Galia omnis olim fuerit subiecta.

(a) CAESARE scil. lib. I. c. I. comm. Gall. C. TACITO cap. I.  
de M. G. PLINIO atque hujus epitomatore SOLINO c.  
XXI. aliisque.

§. 3. Continuerunt se intra hunc terminum Galli (b), quibus nunquam contigit (c), fines suos ultra Rhenum, Germaniam versus , cum stabilitate quadam , proferre. Aliter fortissima gens, maiores nostri. Hi enim, Gallorum excursionibus creberri-

A3 mis

\*<sup>(6)</sup>\*

mis lacesisti, tædio intra tristis ac steriliis tum patriae terminos diutius coerceri; delitiis etiam illecti cultissimæ tum Galliæ (d), novo Francorum nomine, collectis viribus (e) Rhenoque fluvio trajecto, circa A. CHR. cccc. ut alias nunc incursiones minus felices (g) taceam, pleraque veteris Galliæ occuparunt; atque, ejectis sensim Romanis & Gothis; Burgundionibus subiectis, cunctis denique populis debellatis, omnem sibi Galliam asseruerunt, veterique nomine abrogato, novum regnum, novo Franciæ titulo, condiderunt (h). Ex hoc igitur tempore Lotharingia cum reliqua Gallia in potestate fuit Francorum, gentis, ut vidimus, Germanicæ. Id quod omnino inserviet discutiendis infra Gallorum sophismatibus.

(b) Non

A

- (b) Non pacis studio retinebantur intra terminum hunc Galli. Sæpius enim Rhenanas Germanorum provincias olim invaserant : sed virtute Germanorum identidem repressi, metuque frenati exuerunt tandem aliena rodendi libidinem ; quibus sufficere videbatur, munitis ad Rhenum magno numero extuctis, aditum se in Galliam vicinis hostibus interclusisse.
- (c) Si quidem coloniam exceperis, quæ anno circiter 600. ante N.CHR. è Gallia in Germaniam, inde in Græciam, tandem Gallatiam Asiae provinciam T. Livio L. V. C. 34. JUSTINO. Lib. XXIV. C. 4. ipsique CAESARI Lib. VI. de B. Gall. dicitur emigrasse.
- (d) Causæ hic ab occasionibus distingvenda sunt. Illæ erant :
- (a) injuriæ, nostratis a Romanis Gallisque, sæpius in Germaniam excurrentibus, illatæ.
  - (b) Vallorum, aggerum, castellorumque cumulata extrusiones, quibus non aditu in Galliam prohibebantur soluti nostri; verum nunquam a tergo securi esse poterant, ita ubi vis nudati. Quæ duo arma Francorum, contra Gallos tum adhibita, omni iniuritatis macula prorsus eximere possunt, quiequid senserint animi patriæ hostiles.
- (e) Hoc enim quasi symbolo confluabant tum Germani citiores Rheni ripas a Reno fluvio ad Oceani Germanici litora usque colentes. Iude non mirum, quod ante tempora Valeriani Imp. A. CHR. CCL. Francorum nomen in historia non occurrat. Qui enim nunc uno nomine Franci, i.e. libertatis tutores audiunt; illi diversis olim Attuariorum, Bructerorum, Chamaviorum, Saliorum, Frisiorum Chavcorum Cattorumque vocibus distinguebantur. Explosa inter eruditos BODINI errore, qui, nimio in gentem suam studio abreptus ne Gallos Germanorum imperio subjectos fuisse diceret, modo memoratam Galliæ coloniam pro Francicæ gentis conditoribus voluit venditare. Cuius, tela retudit Coccoerus in iurisp. pupl. prooemio.
- (f) Alanorum, Silingorum, Suevorum, & Vandalarum sci-  
licet

licet. Hi enim non fixerunt sedem in Gallia; sed inde circa A. CHR. cccc. in Hispaniam se contulerunt, atque ibi quod Franci in Gallia fecerant, novi regni iecerunt funda-  
menta.

- (g) Burgundiones puta. Hi enim, traecto Rheno A. CHR. cccc. plerasque intra Rhodanum & Rhenum sitas provin-  
cias occuparunt, sed, crescentibus francorum in Gallia vi-  
ribus A. CHR. D. & quod excedit, ab his libertate exuti, vi-  
ti, atque Francorum Regno innexi sunt.
- (h) Legi hic possunt: ZOSIMUS, OROSIUS, DIACONUS, MAR-  
CELLINUS, GREGORIUS, CASSIODORUS, AGATHIAS, AIMO-  
NUS, inter recentiores Nic. VIGNERIUS, I. I. PONTANUS, &  
Adr. VALESIUS ante omnes, qui partium tamen aliquar-  
tum est studiosus.

§. 4. Invidenda deinceps, hoc  
Germanorum regnum [ Francicum  
modo diximus ], insigni Galliae  
accessione auctum, incrementa coe-  
pit. Ut enim nunc alia praeteream,  
Carolus M. Rex, non contentus in  
Germania citeriorem Rheni ripam  
& ultra, vetus nempe majorum suo-  
rum patrimonium, Galliamque o-  
mnem, bello acquisitam, possidere;  
novos progressus fecit, victisque Bo-  
ii, Saxonibus, ceterisque gentibus  
barba-

\* (9) \*

barbaris sub iugum missis, fines imperii sui in Germania ad Albim fluvium usque & longius, certo felicitatis ac fortitudinis argumento, protulit (i). Ex quo facile patet, quam ieunios esse in historia oporteat, qui ex hac Germaniae occupatione Galliae regno quis aliquod in patriam nostram superesse, aut fuisse unquam, puerili errore, contendunt. Non enim Galli tum Germaniam oppreserunt; sed Germani, h.e. Franci, victor tum populus, superata pridem Gallia, demum regiones in patriam suā, Germaniam, hac occasione, longius produxerunt. Quicquid igitur acquisitum est eo tempore a Germano-Francis; id germanico etiam regno acquisitum fuit, non gallico. Inde vel decem argumentis probabo; galliam, ex quo a germano-Francis subacta est, appendi-

B

cem

d inde  
que ibi  
fundat

CHR.  
provin-  
tia vi-  
tuci, vi-

MAR.  
AMOR.  
nus, &  
aliquar-

hoc

cum  
lliae

coe-  
eam,

us in  
pam

suos  
ie o-  
ere;

e Bo-  
ribus  
arba-



\* (10) \*

cem regni germano-francici factam.  
neque hoc , in quo turpiter persona-  
tus iste Italus lapsus est , illi fuisse in-  
nexam (k). Invertendus igitur in hac  
controversia stylus ; ita, ut non Gal-  
liae in Germaniam , sed Germaniae  
in Galliam , si quidem argumenta ad  
hominein adhibita valeant , ius super-  
esse , constet (l).

(i) Haec adeo clara sunt , ut nullo adversario effugium relin-  
quant. In subfidium vocari Francorum Annales possint a  
**CHESNEO**, **PITHOE**, **PISTORIO**, **REUBERO**, **URSTISIO**, **FREHE-  
RO**, **GOLDASTO** aliisque editi.

(k) Duo hominum genera circa hanc rem peccare solent. Uni-  
verioris historiae ignorantia imponit : alteri obest partium  
studium. Illi , dum acquisitx a Germano-Francis Gallia  
amplitudinem cogitant ; vetus Germano-Francorum ad  
Rheni ripas , ( ubi nunc Cliviz , Marca , Montes ducatus-  
que alii ) sicuti patrimonium omittunt : uel , quod hoc  
magnitudine Gallia inferius offendunt , etiam dignitate vi-  
lius habent atque portionem & appendiculam Galliae fulle  
existimant. Cura tamen hoc casu sibi in animum vocari de-  
beant , sub humilia Romuli tecta Romanorum fortitudinem  
totum sere meliorem terrarum orbem coegisse , receperint ,  
atq; a Romuli casa , Roma sc. tot tantaq; regna provinciasq;  
& denominasse & his inde leges iuraque dedisse. Idem enim  
Germano-Francos nostros eorumque Reges cum devicta  
Gallia fecisse , plura argumenta docent. ( l.) Sedes regia , sub-  
iecta Gallia , non in Gallia fuit ; sed mansit in Germania Stras-  
burg.

\* (11) \*

burgi, Francofurti, Nouiomagi, Aquisgrani (quatu urbem capropter nouam Romam archisolum den Räyseris = uel Königs-Stuhl dixerunt) aut in simili loco Germaniae. (2) in his ipsis Germaniae urbibus, non ciuitatibus Galliae, electos & coronatos hos Francorum Reges fuisse, constat. (3) Nomen Francie Germanicum Galliae impositum fuit cum imperio ; inde a Francia cis Rhenana (in Germania scribo) dicta est Gallia Francia occidentalis. (4.) haec Francia Germanica seu orientatis primaria prouincia , primigenia, antiqua , patrimonialis a monachis aliquique istorum temporum scriptoribus passim salutatur. (5.) In titulis Regum FRANCI primum positi, post Alemanni, Boioarii, Saxones ceterique Germaniae incole, post hos demum Galli nominabantur certo rursus dignitatis Germanicæ præ Gallia arguemento , imo populus ipse ex utroque mixtus Franco-Gallicus dictus est nec quicquam Gallo-Francicus. Prætereo cætera, quæ ante me J. J. CHIFLETIVS in Vind. Hisp. & Uldric. OBRCHETVS in Prodr. Rer. Alsat. CULPISIVS ad MONZAMB. COCCIVS in iurisp. publ. viri doctissimi ex instituto prosecuti sunt. Id quod nec doctiores Galli BLONDELLUS & Adr. VALESTUS , ille in Geneal. Franc. hic in Histor. Franc. superius laudata in dubium vocare audent. qui omnes uno ore affirmant, non Germaniam tum Galliae sed Galliam regno Germanico accessisse.

(1) Quid igitur opus est? ubi natus sit Carolus M. tanta contentione flagitare. Sit enim matrem ejus in Gallia infantem edidisse ; id nobis sufficit, patrem eius Pipintum, Francorum, id est Germanorum Regem fuisse , eundemque sedem regalem ac dominium in Germania habuisse, Galliaeque, ut ceteris provinciis noviter acquisitis, seu secundariis imperasse. In quæ iura Carolus etiam filius successit. Nativitas vero eius quocunque cœlo contigerit, juri Germano Francorum nihil quicquam derogat aut detrahit. Quemadmodum enim nullum Porussæ jus in Marchiam Brandenb. accessit, quod hujus ætatis novemvir, iam noui regni

\* (12) \*

conditor, Fridericus, Marchio Brandenburgicus lucem<sup>a</sup> spexerit Regiomonti : ita nihil a Gallia metuendum Germanis, quainvis Carolus noster ibi prognatus fuisset. Cx- terum cum in membranis FULDENS, Anal. L. 3. c. 12. Carolus M. tractum Germaniaz Eichsfeldensem, terram conceptionis adpellet, i. e. Latinitate istius seculi nativitatis, pro Germania nostra satis decisam hanc controversiam esse, exstimatorum. Medicam enim CHIFFLETTII Archiatri Hispani curiositatem politicus vix sibi peradvabit, qua Carolum M. conceptionis locum a matre, quaestione sane vix digna, investigasse, perhibet; proptereaque Carolum hic quidem conceptum; sed natum Ingelheimii fuisse, loco, qui altero a Moguntia lapide abest, sententiam fert, ut me dicus.

§. 5. Pendebat itaque a regno hoc Germano - Francorum cum reliqua Gallia LOTHARINGIA quoque, donec an. 843. in testatissima illa diuisione a (I) Gallia æque ac Germania avellere- tur. Amplissimum enim hoc sub Ca- rolo M. regnum tres eius nepotes, fi- lii Ludovici Pii regis, diuisione inter se facta(m), his tandem limitibus distin- xere(n). Primogenitus LOTHARIVS ad im- perii Romani fastigium, mortuo pa- rente Ludouico, euectus est, & omne, quod

\* (13) \*

quod intra Rhenum & Scaldim, Mo-  
lam Rhodanumque interiacet, ab o-  
ceano Germanico in Italiam usque  
obtinuit: secundo genitus LUDOVICVS to-  
tam inde a Reno protensam Germa-  
niam, cum urbibus quibusdam trans  
Rhenum sitis, reportavit: minimo de-  
mum nato CAROLO pleraque Galliae  
veteris a Scaldi, Mosa, Rhodano ad  
Pyrenaeos Hispaniae montes proro-  
gatae tribuerunt. Tria inde regna, &  
limitibus distincta & nominibus, (o)  
orta fuere; Lotharingia, Germania, Gallia-  
que. Lucem rei huic tabula dabit, hic  
describenda:

B 3

CARO-

# CAROLUS MAGNUS.

n. 742. coron. Imp. 801. mort. 814.

## LVDOVICVS PIVS

n. 748. mort. 840.

Huius filii in divisione ita tandem convenerunt

LOTHARIVS IMP. ROM. fr. monachus m. 855.	LVDOVICVS II. R. GERMAN. m. 876.	CAROLVS Calvus R. GALLÆ m. 877.
LVDOV. LOTHAR. Imp. L. Dux LO- TAL. m. THARIN- 875. fine GIAE. mort. prole ma- scula.	CAROLO. LVDOV. III. CAROLVS LVDOVICVS BALBVS mannus R. Rex FRANC. Crassus R. R. Gallie m. 879. BOIOR. m. 881.	FRANC. & Imp. m. 888.
ARNVLPHVS Imp. 888. m. 899.	LVDO- VICVS maninus n. 880. coron. R. Illegitimi. m. 884. m. 885. R. GALL. R. GALL.	CAROLO. CAROLVS simpl. Gall. 892. m. 926.
LVDOVICVS V. R. Germ. m. 912. desiſſe credebatur stirps Carolina in Germania.	LVDOVICVS Trans- ma. inus coron. R. Gall. 836. m. 954 LOTHARIVS m. 986.	LVDOVICVS Ignobilis m. 987. ultimus Rex e stirpe Caroling. Inde enim Hugo Cap. septem arripiuit.

- (l) Describunt hanc divisionem NITHARDUS, Annales METEN-  
SES, BERTINIANI, PITHOEANI, FULDENSES, quorsum etiam  
THEGANUM ADELMUM & scriptorem vitæ LUDOVICI pii A-  
nonymum juvabit legisse.
- (m) Sæpius antea, florente etiam Merovingorum stirpe, inter  
regii sanguinis Principes scissum Francici regni corpus di-  
viliumque est. Sed triplex fere regna dispertiendi ratio.  
quando illa vel *administratione* vel *nomine* tituloque vel ita  
tandem in partes dividuntur, ut omni *invicem respecte* subla-  
to, tot regna regesque juriibus ac legibus separata sint, quot  
dividentibus placuit constituere portiones. Praeterimus  
nos eam ob causam saetas antea divisiones, *partim* quod  
primi tantum ac secundi generis fuerint; *partim* quod eas  
tempus ac mors correxerint: *partim* etiam, quod ultima  
haec divisio caeteras omnes irritas fecerit sustuleritque. Ut  
adeo nostram causam nihil iuvare queant.
- (n) Magni constitit haec divisio, sæpius dimicatum, donec in  
has conditiones conventum est. Diviserat indulgens pa-  
ter Ludovicus, vivus atque vegetus, filiis amplissimum, quod  
a parente Carolo M. accepérat, regnum; sed portionum,  
quas fecerat *inæqualitas*, invidiam inter fratres, mox bella  
præliaque excitavit. Duraverunt totos XX. annos turbæ  
ac contentiones fratrum, quorum unus de servanda, cete-  
ri de ampliandis portionibus, a patre tributis, armis praæ-  
liisque laborarunt. Sæpe pæcta inita, sed sæpius quoque  
rescissa sunt: termini identidem positi; sed toties violati;  
quoties cuiusque aut libido jussérat aut permisérant vires.  
Extinguebatur an. 840. in hac fere calamitate parens Lu-  
dovicus, sed filiorum contraria cum studia recrudeſcebant.  
Natu enim primogenitus LOTHARUS dum imperare mino-  
ribus natu & terminos regni proferre vult; utrumque fra-  
trem Ludovicum & CAROLUM, istum in Germania; hunc  
in Gallia summam rerum ex consilio & voluntate patris te-  
nentes, imprudenti consilio, uno tempore in una etiam  
causa, offendit. Qui igitur singulis maior potentia esse po-  
terat:

terat: utroque armis nunc atque viribus factus inferior. In praelio enim FONTANETANO (Burgundiae urbs est Fontenoum) a coniuncto fratum exercitu ad internectionem ferre caesus est, An. 841. Nihil victo restabat, quam, concedendo fratum postulatis, pacem rogare. Ponuntur itaque ex illo tempore arma, sed tertio demum anno post 843. mense sextili res omnis VIRODUNI iis conditionibus conficitur, quas in ipso contextu expressimus. Ut tamen unum ex fontibus aperiamus, Annalium BERTINIANORUM conditorem huc transcribemus: *Carolus, is inquit, ad conditum fratribus ob vians, penes Virodunum coniungitur, ubi distributis portionibus HILDOVICUS ultra Rhenum omnia, citra Rhenum vero Nemetonum (Spiram) Vangionum (Wormiatum) & Moguntiam civitates pagosque sortitus est.* (habes limites tum positos Germaniae:) *LOTHARIVS inter Rhenum & Scaldim in mare decurrentem & rursus per Cameracensem, Hainaum, Loensem, Castricum, & eos Comitatus, qui Mosas citra contigui habentur usque ad Ararim, Rhodano influentem & per defluxum Rhodani in mare cum Comitatibus similiter sibi utrinque adhaerentibus (hic portionem Lotharii, Franciae, ut dicebatur, mediae, accipe) Catura usque ad Hispaniam CAROLO cesserunt (atque his Galliae demum terminos agnosce) Lege etiam hanc in rem MENTENSES, PITHOEANOS, FULDENSES Annales supra citatos, NITHARDUM praeterea L. III. & IV. praelii huius & insecutae pacificationis adjutorem; quibus addi REGINO Pruemensis possunt & Sigebertus GEMBLACENSIS. Cui tamen hi Autores ad manus non sunt; illi inter recentiores CARRINGIUM, de finibus imperii, OBRECHTUM in prodromo Austriae, CULPISIUM ad Monzambanum, & SCHURZFLIESCHIUM diff. de regno Austrasiae, adeant, qui ex instituto hae pertractarunt.*

(o) Uno tamen Franciae nomine tria haec juribus & legibus separata regna, diu continebantur, ita ut *Gallia* Francia occidentalis; *Germania* orientalis & *Lotharii* portio Francia media, sub qua tum noster ducatus Lotharingiae fuit, au-

dirent;

dirent; donec iis nominibus extinctis, haec fere Isla remanerent.

§. 6. Seiuncta igitur ex hoc tempore a Germania aequa ac Gallia Lotharingia fuit & portio facta imperii cum Romani, cui Lotharium primum praefectum esse, diximus. Ut enim ab eodem rursus auelleretur, item fecerat Lotharius. Hic enim regnum, quod solus moderabatur, anno 855. quo purpuram cum monachii cucullo permutauit, ita distribuit; PRIMOGENITO LUDOVICO Italia, tandem & Burgundia cum titulo Imperatoris obveniret; ALTERI, LOTHARIO post hic Lotharingiae ducatus (p) impertiretur. Atque inde sui iuris facta est LOTHARINGIA, & a reliquis regni Francici partibus eadem ratione distincta, novum ac separatum regnum constituerat. Inhauerat mox C. his

his Lotharii iunioris provinciis Caro-  
lus Calvus, Gallus; sed restinxit a-  
liquantum cupiditatem Ludovicus  
Germanicus, cuius fidei atque tutelae  
se certis conditionibus dederat Lo-  
tharius (q). Vacuefacto autem mor-  
te Lotharii an. 869. regno Lotharin-  
giae, tum demum illud certiori iam  
spe, devoraverant Galli; quamvis  
mortui frater Ludovicus imp. adhuc-  
dum in vivis esset, proximus legiti-  
musque heres. Qui vero Galli impe-  
tum cum reprimere nequiret, Lotha-  
ringiae hereditatem consequendi ve-  
re abiecit spem. Inde Ludovicus Ger-  
manicus, ut propior, Gallo minimum,  
heres Lotharingiae occupandae nihil  
neglexit; quam tandem cum fratre  
Carolo Calvo transactione *Procaspidia-  
na* (r) An. 870. ita partitus est; ut  
ipsi Cismontana obvenirent; reliqua  
Galliae

\* (19) \*

Galliae regi cederentur(s). Atque hic  
demum felicissimus annus fuit, albo  
Germaniae nostræ calculo notandus,  
quo ultra Rhenum ad Mosam & Scal-  
dim usque proferre fines regni Ger-  
manici ita licuit, ut perpetuo exinde  
Lotharingiae ducatus Germaniae no-  
stræ innecteretur.

(p) Tres quidem filios habuit Lotharius. (1.) Ludovicum  
nempe 2.) Lotharium & 3.) Carolum, tripartita etiam e-  
ius fuit diuisio. Iste Longobardiam, Italiamque cum titulo  
imperatoris addixit; illi Lotharingiam assignauit; huic Pro-  
vinciam tradidit Burgundiamque. Cum vero minimus natu-  
an. 863. moreretur: fratres duo superstites ditiones eius  
aequis fere portionibus, ut par erat, inter se diviserunt.  
Nova itaque accessione aucta est Lotharingia, longe angustiori-  
ribus hodie limitibus circumscripta: quae enim huius re-  
gni Gallo in divisione obvenerunt; illa Galliae regno &  
nomine & iuribus innixa sunt, pristinumque Lotharingiae  
titulum exiverunt.

(q) Ita enim verba Conditoris Annal. BERTINIAN. cum Illu-  
striss. OBRFCHTO Vol. I. c. 6. p. 57. prodr. Rer. Alsat. inter-  
pretamur.

(r) Inter Heristallium & Marsnam in pago Leodicensi (AIMOI-  
NUS L.V. c. 25.) ad Mosam fl. non procul a municipio Trae-  
cto (Maastricht.) in finibus Tungrorum. Alii etiam actum  
in PROCASPIDE; AQUISGRANI demum pridie nonas Martias  
870. transactum esse probant ut summus, in hoc studio-  
rum genere, vir SCHURZELFISCHIUS diff. Regn. Austra-  
lia, §. II. & 18.

(s) Habemus tabulas solennis huius atque iuratae pactionis ubi & termini Germaniam inter Galliamque ponuntur & singulae urbes, Abbatiae, Comitatus pagique nominantur quae vel Ludovico Germ. vel huius fratri Carolo Gallo de veteri tum Lotharingia obtigere. Extant illae in Annal. BERTINIAN ad an. 870. AIMONI L. V. c. 25. Ex MSis Codd. emendarunt eas P. PITHOEVS p. 488 CHESNFUS tom. II. p. 253. GOLDASTUS in Constit. imp. Steph. BALUZIUS tom. II. capitul. Franc. tit. 43. p. 222. protulit etiam illustriss. OBRECHTUS I. c. Vol. I. c. 6. p. 66. Cum vero non eius vis sit loci, ibi pristinis eius seculi temporibus citata, intelligere: utilissimam operam Aub. MIRAEUS praesertit, qui dum in Codice piar. donation. easdem ederet, vetera nomina vocabulis recentioribus commutavit: ex quo CONRINGIUS L. I. de finib. imp. cap. 7. & excellentis doctrinæ VIR SCHILTERUS nuperime tom. II. iur. publ. c. VIII. p. 64. repetierunt, ut adeo toties descriptam hoc apponere, opus non sit. id monuisse sufficit, Germaniae terminum non Rhenum, ut haec tenus, sed Mosam ac Scaldim factum, ipsamque Lotharingiam hac ratione Germaniae accessisse.

§. 7. Moeruit factae divisioni Gallicus, qui, quod Germanos Lotharingiae hereditate fraudare atque excludere nequiverit, acerbe tulit utrumque. Inde, mortuo an. 876. Ludovico germanico, pacta Procaßidana sive Aquisgranensia fregit atque ex fratre nepotibus litem de Lotharingia morvit, bellumque intulit (t). Quod in iustitiae

iustitiae genus monachi, istorum temporum scriptores, non solum execravit omnes (u); sed etiam, in fugam acti caesique Galli, foedifragii poenas merito dederunt. Imo extincto deinde an. 877. Carolo Calvo, Gallo; eius filius Ludovicus Balbus pacta PROCASPIDANA non solum rata habuit; sed transactione FVRONENSI 879. denuo illa confirmavit (x). Ut adeo nouo iure integra Lotharingia Germaniae affereretur.

(t) Se cum fratre non cum nepotibus pepigisse, asserebat Gal-  
lus, inquit REGINO ad an. 876.

(u) Detestantur hoc Caroli Galli foedifragium, dum descri-  
bunt Annales BERTINIANI, REGINO, SIGEBERTUS Gembac.  
ad h. an.

(x) Conventionem hanc FVRONENSEM exhibet Steph. BALV-  
ZIUS tom. II, capitul. Franc. R. Ludov. II. T. III, p. 278. GOL-  
DASTUS tom. III. Const. imp. cuius initium summam statim  
rerum ita declarat: *sicut inter patrem meum Carolum & pa-  
trem vestrum HLIODOVICUM regnum Lotharii divisum fuit: vo-  
lamus ut ita constat, & si aliquis nostrorum fidelium de regno  
patris sui ex hoc aliquid usurparur; iusto nostro illud dimittat.*  
Caeterum Furon, vulgo Furon, municipium est, quod ab  
Aquisgrano parum distat. vid. Hadr. VALESII Notit. Gall.  
p. m. 212.

### C 3      §.8. Qui

\* (22) \*

§. 8. Qui igitur ab an. 879. FURONENSI pacificatione Germaniae Reges erant, illi eodem iure imperabant Lotharingiae, arctissimo iam nexus cum Germanico regno coniunctae. Quoniam vero eidem praeesse simul Germanici regni amplitudo prohibuerat: per praefectos (y) Lotharingiam administrarunt. Qui cum ducis titulo a Regibus nostris augerentur; ducatus inde nomen Lotharingiae venit, a frisco regni titulo scriptoribus plenisque desvetaatis (z). Quamvis vero stabilior aliquantum reliquis Germaniae nostrae regibus Lotharingiae fuerit possessio: quo minus tamen diuturna esset; nimia Gallorum, eandem devorandi fecit cupiditas. CAROLUS enim <sup>im</sup>plex, tum rex eorum, an. 912. ab excessu Ludovici, Carolingorum in Germania

mania ultimi , coepit occupavitque  
Lotharingiam praetextu sive here-  
ditatis sive electionis vanissimo (aa).  
Non ulcisci poterat inuidentis perfi-  
diam Ludovici in Germania succeſ-  
ſor Cunradus (bb): ſed huic a Ger-  
maniae proceribus ſuffectus Henri-  
cus, Saxo, vindicavit amissa, Lotha-  
ringiamque Germaniae ſuae restituit  
non ſolum : verum etiam fraudem  
Germanis , toties Lotharingiae cauſa  
factam, eierandi deinceps, invaſores  
Gallos, pactionibus BONNENSIBUS,  
an. 921. adegit , obligavitque (cc).  
Quem animum, Lotharingiam Ger-  
maniae retinendi , adeo non muta-  
runt Otto M. (dd) alter (ee) ac ter-  
tius (ff): ut potius illos & defendif-  
ſe provinciam hanc strenue & poſſe-  
diſſe Gallosque, hostes , intra termi-  
num

\* (24) \*  
num sui tantum regni retinuisse, sciamus.

- (y) Hi ex arbitrio Regum Germanorum electi sunt: prout quisque & moribus & vita virtuteque illis se approbavit. Nonnunquam etiam agnatorum aut cognatorum rationem habuerunt, nam & hos sapientes Reges Germanicos Lotharingiae scimus praefecisse. Nullo tamen feudali tum nexus; sed munere atque dignitate cum parentis dicesse denuo extingvenda; uti ceteras Germaniae provincias; ita Lotharingiam quoque duces administrarunt.
- (z) Tempus quo pristinum regni titulum cum nomine Duxius commutaverit Lotharingia, definire non ausim. Nam Ottонem I. Imp. se adhucdum *Regem Lothariensem & Francigenum* scripsisse ex A. MIRAEO atque CONRING. de fin. imp. L. i. o. 6. §. p. 29. notum est.
- (aa) In hoc cardine iuris Gallorum non in Lotharingiam tantum, sed ipsam Germaniam quoque maximum potissimum que argumentum vertitur. Quo enim utrinque in hac causa nos vinciant, hoc dilemmate impetunt: *Mortuo Ludovico R. Germ. e Carolina stirpe ultimo, Lotharingia aut sui est iuris facta; aut iure hereditario ad proximum agnatum devoluta*: si hoc, ad Carolum Gallum recidet Lotharingia, tanquam unice superfitem proximum agnatum; si istud, tum electio attendenda Lotharingorum, ad quos, principe eorum sine herede mortuo, summa rerum dicenda est revenisse: atque ita denuo suis iura constabunt Galliae Regi Carolo, quem a multis Lotharingiat proceribus electum esse, probare amittuntur. Ita fere pro suis Dav. BLONDELLUS plen. assert. Geneal. Franc. p.m. 263. seqq. Iac. SIRMONDUS in not. ad Capitul. Reg. Fr. tom. II. p. 815. edit. Baluz. qui confidenti nimis animo addit: *eo tempore Ludovico ultimo Franciae stirpis in Germania Rege sine liberis defuncto, Carolo eius legitimo heredi iure licuit non regnum modo Lotharii, + sed Germaniam quoque ipsam, si par in armis fuisset, reperire. Discussionem sane requirunt, non contemptum merent-*

merentur haec doctrinorum scriptorum in Germaniam nostram postulata. Evidem evitantur obiecti scopuli facilius quam eliduntur: nos tamen operam utrinque navabimus. Principio (a) in dilemmate obiecto limam Logorum desideramus: tertio quippe in medium producto, ex utraque parte id corruet. Potius enim sic sentio: Lotharingiam tum temporis neque *sui iuris*, neque *alicuius hereditatem* factam esse; quoniam, bello toties vindicata & requisita, tanti constitut Germaniae nostrae, ut non hereditate personis Carolingorum, sed armorum iustitia *ipso Germanico* regno arctissimo nexu adiuneta esse, censeri possit ac debeat. Atque adeo hoc ipso, quo Germaniae proceres Cunradum sibi regem adsciverunt; iidem quoque, nullo statuum Lotharingiae ob allegatam modo causam suffragio adhibito, Lotharingiae, ut provinciae suae, praeficere eum potuerunt. Quod idem ius Galliae regi regia etiam stirpe exincta, daremus, si iure belli nunc Navarre regno portiretur.

- (a) Alteram dilemmatis partem dum inficiamus cum H. GROTI L. II. de I. B. p. c. 9. §. 3. & scriptoribus Galli plerisque; Germaniam & ab impetu Sirmundi atque afflearum vindicamus, & sua Germaniae in Lotharingiam iura sarta teatque, ex hac minimum parte esse, apertum facimus.
- (v) Quid? quod maiores longe causas habuerint Germaniae tum proceres, praeteriundi in electione Carolum simplicem quam possea iidem Galli, rationes allegarunt, electo Hugone Capeto, Ludovici V. Gall. R. agnatos a Regni successione an. 987, excludendi conf. Illustr. OBRECHTVS Prodrom. Alsat. c. VII. p. 103.
- (s) Si primam quoque oppositi argumenti partem, iam evidenter superius destructam, repeteat atque ad hominem, quod dicitur, respondere velimus, gratis interim largiamur BLONDELLO, Lotharingiam tum *sui iuris* factam, Carolum simplicem sibi principem elegisse: facile tamen ad probandum tunc erit; hoc etiam factum sit,

Non sine perjurii tamen criminis fieri potuisse; nisi electio-  
nibus ita ludendum quis dixerit; ut cui hoc anno fidem  
dedi perpetuam, eidem, absque idonea causa, nuncium  
mittere post atque alii me addicere queam. Nam glo-  
riatur in publ. diplomaticis (quorum duo Christ. BROW-  
ERUS LIX. Ann. Trevir. §. 62. p. 446. & §. 70. p. 448. exhib-  
et) Carolus simplex, se Lotharingiam demum an. 917.  
indeptum esse: cum eosdem iam Lotharingiae proce-  
res in electionem Cunradi Germ. R. ann. 913. consensisse  
legamus, testibus LUITPRANDO L. II. c. 7. Sigeb. GEMBLAC.  
ad an. 814. aliisque; ut divisa eligentium tum vota ful-  
le, taceam, loquente hac in re saepius laudato OBR-  
ETO c. VII. p. 112. sed haec in subsidium ad aliorum ma-  
gis mentem dixerō; cum e primo potius responso her-  
bam mihi ac meis Germanis pollicear.

(bb) Misere tum bellis Hunnicis afflita & depedita Germ-  
nia; plerisque etiam Germaniae principibus privatea magis  
avaritiae atque ambitionis, quam salutis publicae studio-  
sis. Non tamen amittendi Lotharingiam, sed vindicandi  
animum Cunradum regem habuisse, suscepta eius causa in  
Lotharingiam expeditio clarum facit in Chronic. Monach. S.  
Gall. an. 912. conservata atque descripta ap. CHESNEUM COM.  
III. scriptor. Franc. pag. 470.

(cc) Pauci alicuius inter Henricum Germ. & Carolum Gall. Re-  
gem in castello ad Rhenum sito, BONNAE an. 926. initi. for-  
mulam exhibit Steph. BALUZ. tom. II. Capitul. Franc. t. III.  
p. 299. unde etiam SCHILTERUS descripsit T. 11. iur. publ.  
§. 4. 9. p. 76. Cum vero eadem amicitiae tantum, inter u-  
trumque tum Regem firmatae, mentionem faciat; aut de-  
cūtamat & mullam esse oportet, aut prorsus aliam. Ap-  
pertis enim verbis SIGEBERTUS ad an. 923. Reger Henrītu[m]  
Carolus apud Bunnam confederantur, Carolusque reddit Hen-  
rico Regi Regnum Lotharingiae, Epistolis & Comitibus iure in-  
rando rem confirmantibus. Ibi Carolus (addit Reginonis, Con-  
tinuator ad h. an.) nunquam sibi amplius Lothariense re-  
gnūm usurpatum promisit. Paria haber Otto etiam  
FRASINGA

FRISING. L.II. Chronicci c. 18. Quæ testimonia quæ ingenuitate Dav. BLONDELLUS vellicare atque evertere audeat in ass. Geneal. Franc. pag. 263. iam olim iudicarunt sinceri antiquitatis aëstimatores. Nobis circa hanc rem, ledis CONRING. de Fin. Imp. lib. I. c. 6. p. 20. OBRICHTI c. 7. AIsat. pag. 18. SCHURZFLEISCH. dissert. de Austraff c. II. §. ult. aliorum conciliatricibus sententiis ita videtur : formulam, superioris ex capitularibus citatam, aliquot annis post nostrum hunc super renunciatione Galli in Lotharingiam institutum conventum, confirmandi magis conditiones, prius utrumque Regem inter initas ; quam denuo afferendi & conciliandi easdem natam atque conscriptam esse. Extat enim in formula Annus 926. cum de Lotharingia inter Henricum & Carolum reges an. 921. iam convenisse auctores habeamus.

(dd) Ottonem M. Lotharingiam & tenuisse & contra Ludovicum transmarinum defendisse atque per fratrem Henricum quoque administrasse, auctores sunt FRODOARDUS ad an. 939. & 942. Otto FRISINO. L. VI. c. 19. LUITPRANDUS L. IV. c. 8. SIGEBERTUS ad an. 938. WITEKINDUS aliisque.

(ee) Hic idem Otto Lotharium Gallum, cum pacta sanctissime converta rumpere denovo vellet, ita in ordinem rededit, ut, dato sacramento (verba SIGEBERTI sunt ad an. 980) Lotharingiam Lotharius abiuraret. conf. DITHMARUS L.III. Chron.

(ff) Eund. pactis stare cum parente initis, & admonuisse Gallos, & adegitisse NANGIUS & SIGEBERTHUS auctores sunt ad an. 985.

§.9. Neque seigniores se aduersus Capetingos Gallorum reges (gg) imperatores nostri in tuendis & afferendis Germaniae finibus praestiterunt. In-

D 2

ter

ter quos Henricum II. nunc laudasſe sufficiat. Hic enim Galliae regem Robertum impulit , ut eieraret de nuo Lotharingiam atque animum de non repetenda eadem , pactis publi cis declararet (hh). Nihil abhoc tem pore ex veteri historia pro afferenda fibi Lotharingia , opponere neque Germaniae, neque ipsis Lotharingiae ducibus , nexu feudali Germaniae semper addictis , queunt (ii) Galli. Itaque filum huc usque pertexuisse, nostro sufficit instituto. Cum stem mata Ducum Lotharingiae passim a pud auctores extent (kk).

(gg) Gallos Lotharingiae occupandae animum neque tum de posuisse, mirum est ; cum Carolinorum an. 987. stirps re gere apud ipsos non minus, ac olim in Germania, desisset. Evidem a prudentioribus Gallis ipsis vanitatis arguuntur CASSANUS, AROYUS, AUBERIUS, PUTEANUS, atque impuden tiores harum praetensionum patroni alii ; qui vel herodi ate vel iure quodam regni, quod Galliae, extinta in Ger mania an. 912. Carolinorum stirpe, in omnes Germaniae pro vincias obvenerit , ad ipsos etiam Capetingos ita transla tum esse, scriptitant, ut & postulare & vindicare idem, mo do oc

\* (29) \*

do occasio non desit, hodieque etiam possint. His autem ita respondemus; (I.) *ius hereditarium, quod Capeto affingunt, puerilem errorem esse*, cum a proceribus, legitimis heredibus neglectis, Hugonem electum fuisse, cuivis constet. Deinde (II.) si quid regno acquisitum reliquumque fuit, id non Galliae, sed Germaniae ut regno posteriori deberi, supra altero ac tertio §. monuimus. Post (III.) toties non a regibus solum, sed ipsis quoque *Galliae statibus eieratas provincias revocare velle, gentium iuribus adveratur*, & æque absurdum est, ac si imperator noster hodieque sibi ius in Hispaniam, Angliam, ceteraque regna postulare, ex ea ratione vellet, quod olim imperio Romano illa fuerint subiecta: quamvis æquiori id forte ratione fieri posset, cum, toties ista imperatores Romanos eicasse, nullibi extet. Alia Gallorum argumenta & BLONDELLI maxime destruxit OBRCHT Vol. I. cap. VII. p. 141. l. c.

(hh) vid. SIGEBERTUS ad an. 1023. quod argumentum latius prosequitur MAIMBURG & FRANCOPOLITA tr. de veteri Lotharingia.

(ii) Ast unico adhuc terriculamento confundere in iure nostro forsan nos poterunt Galli. AN. ENIM. 1298. \* ALBERTVM IMP. PHILIPPO GALLIAE REGI LOTHARINGIAM CONCESSISSE, TERMINIS GERMANIAE NOSTRAE RVRVS AD RHENUM POSITIS CONTRACTISQUE volunt. Ita magnæ conatu ex Wilh. de NANGIACO Monacho ad S. Dionys. his fere Principibus coaevò, VIGNERIUS, SANMARTHANI & caeteri. Verum diluit fallaciam homonymiae vir summus Petr. PUTEANUS libr. de Iure Reg. p. 455. cuius etiam verba huc transcribemus: *Domini, inquit, Sanmarthani cessionem regni Arealtensis referre volunt ad tempora Philippi pulchri, quod non reperitur in Archivo regio; Extat quidem in illo informatio de an. 1299. (cui simile quid vir in omni doctrinae genere summus LEIBNIZIUS exhibet. P. I. Iur. Gent. §. 23. p. 48.) quod tempore Philippi pulchri R. & Alberti Imp. communi consensu ultra Mosam fluv. tendendo versus imperium termini fuerint statuti e*



eupro ad separandum regnum ab Imperio. Non quomodo Do-  
mini Samarthani dicunt, quod limites fuerint extensi ad RHE-  
NUM FLUV. qui antea nonnisi ad Mosam usque pertigissent, quod  
in dicta informatione non reperitur. Sunt autem plures alii  
ipſi quoque decepti, eo quod termini, qui statuti sunt, exant e cu-  
pro iuxta testium depositionem, qui appellari sunt termini AENA  
atque hinc per corruptelam. Habes Sophisma, termini RHE-  
NI. Ut adeo alia ex CHIFLETIO aut CONRINGIO hic effu-  
gia petere, opus non sit.

(kk) Potissimum hic Scriptor est : Franc. de ROSIER cuius  
Tom. VII. Stenmat. Lotharing. & Barri Ducum prodierunt Pa-  
ris. 1580. fol. de quo tamen acerbe iudicat THUANUS L.VII.  
p. 627. de ar. 1583. qui & ordinem & fidem in ipso deside-  
rat ; quod posterius ANNAL. TREVIRENSIUM conditores tom.  
I. L.VII. exemplis probant. Meo etiam iudicio, multae o-  
misit auctor, quae scribere debuerat ; multa vero scriptit,  
quae satius erat omittere, cum historiae nexum turbulent, ad  
res autem Lotharingicas prorsus nihil conferant. VIGNE-  
RII La Veritable Origine des tres illustres maison d'Alsace, de  
Lorraine, d'Autriche, de Bade, Parisis prostat, 1649. impressa.  
Qui liber cum rarius reperiatur, gratias IMHOPIO debe-  
mus, qui stemma in Geneal. Franc. p. 79. exhibet.

§. 10. Constat ex haec tenus dictis  
Lotharingiam omnem in eaque du-  
catum iuris fuisse Germanici. Ex  
quo cognitum simul apertumque,  
duces Lotharingiae nexu feudali  
regibus nostris addictos subiectos  
que fuisse. Arctior tamen hic nexus,  
florentibus Imperii nostri rebus, in  
prin-

cipio fuit (mm), laxior paulo libe-  
riorque est factus, cum Germania,  
intestinis bellis exhausta, quotidie  
fere decresceret. Quo factum, ut sub-  
traherent se obsequio Germanorum,  
clandestinis primum consiliis, mox  
libertatem apertius profiteri incipe-  
rent duces Lotharingiae: usque dum  
eandem an. 1542, Germaniae extor-  
runt (nn).

(mm) Non poenitebit! quod ex investitura e literis quibus Al-  
fonsus, Hispanus, qua electus Rom. Rex, Fridericum Ló-  
tharingiae Ducem an. 1258. investitiv ex illust. LEIBENIZI  
Cod. iuris Gent. p. 18. huc apponere: attendentes, ibi inquit,  
Rex Rom. servitia delata Aulae nostrae tam praedecessoribus no-  
stris, quam nobis facta, & facienda, te, dicto Duce & Comite \*  
flexis genibus ante pedes Maiestatis nostrae existente, investimus,  
te in signum quinque digitatum, quas in feudum ab imperio te-  
nere debes, & quae sequuntur deinceps.

(nn) ANTONIUS enim Lotharingiae tum dux pluribus provin-  
ciis praeter Lotharingiae Ducatum auctus; confidentia  
etiam, quam in Galliae regem, constanter tum Hispano-  
rum aemulum, reponere poterat; status imperii!, qui No-  
rimbergae cum Rege Romanorum Ferdinando I. tum conve-  
nerant, eo adduxit: ut iuribus arque legibus Germanitis con-  
veniu hoc Norimbergensi an. 1542. d. 26. Aug. eximeretur. Lite-  
ras ipsas, Regis R. & Electorum signis munitas, suppedita-  
tis, invernacula LIMNAEUS Lib. V. c. II. & emendatius pau-  
lo PASTORIUS Part. V. Flor. Europ. §. 45. pag. 64, in Latinum  
trans-

do Do-  
d RHE-  
st, quod  
res alti-  
m e cu-  
AENE  
RHE-  
c effu-  
cuius  
nt Pa-  
L.VII.  
deside-  
es tom.  
ultae o-  
cripsit,  
ent, ad  
IGNIE-  
ace, de  
pressa.  
debe;

Etis  
du-  
Ex  
ue,  
dali  
tos-  
kus,  
, in  
ri-

\* (32) \*

transtulit CONRINGIUS lib. II. de fin. imp. c. 26. §. 18. Gallie redditas cum confirmatione ipsius Imperatoris Caroli V. aliisque hic facientibus, exhibet Frederic. LEONARDI *Recueil des Arrests des Chambres*, p. m. 237. edit. nuper. Paris. 1693. 4t. Quamvis vero dura admodum diplomatis verba sint, atque iuri Germanico, quod etiam, antequam eo liberaretur, agnoscere noluerat Antonius, non parum aduersa: tamen Fr. THOUVENII, qui duci Lotharingiae a consiliis fuit, benignior ac mollior pro Germania interpretatio; atque post hoc tempus investitura ab Imperatoribus nostris Lotharingiae Duci pupillo Carolo per tutorum petita, atque accepta prohibent; quin omni prorsus Germaniae nexus solutam, his pactis, Lotharingiam esse, asserramus. Quid? quod prudentioribus non ignotum sit; quare Lotharingiae nunc duces adeo modesti consecutae libertatis interpres sint: ut Germaniae scriptoribus omnem ipsis ab imperio nostro exemptionem tribuentibus, nullam prorsus gratiam habeant. Nunc enim columbas imitari, optimum forte consilium est. Quae tum maxime execrare libertatem, atque in columbarium se recipere difscunt; cum in libero volatu accipitris rapacitatem vident immovere. Subscribo itaque sententiis CHIFLETII cap. X. *Comment. Lothar.* & cap. VIII. *Lotharingiae Masculinae* atque CONRINGII Lib. II. d. F. J. c. 27. §. 15. seqq. qui concessam hanc libertatem ita explicant, ut Germaniae tamen suum in Lotharingiam ius constet hodieque. Anno MDCCXCVI. cum Hagae me colloquio suo dignaretur Lotharingicus legatus, Canon nomine, vir septuagenario proximus, post alias etiam hoc mihi narravit de Carolo IV. duce Lotharingiae. Quod olim ipse consilia fouverit, redeundi ad German. Imperium. Dummodo locum in comitiis acciperet, gente sua non indignum. Sed Austriacum domum non vidisse exitum huius difficultatis. Nam in ordine principum electorum collegas in A.B. descriptos esse, ad quem tamen duce Lotharingiae potissimum adspiraverat, iure quodam, ut ipse credo, post liminii. In *principum* collegio illos loco non cessu-

\* (33) \*

cessuros esse, qui oriundi sint ex gente electoral. Neutrubi  
igitur uiam patere, qua Lotharingiae dux recipi posset in  
consortio ordinum imperii. Quapropter optima consilia  
succesu fuisse destituta.

## CAP. II.

De

# Recentissimis Gallorum in Lo- tharingiam postulatis.

1. *Quis Galliae regis praetextus  
fuerit, A. 1634. & saepius deinceps Lotharingiam occupandi?*  
2. *Qui A. 1659. in pace demum  
Pyrenaea restituere ducatum promiserit Gall. Rex? An princeps e-  
cavere tum emissus concesserit  
Gallis consulto Lotharingiam.*  
3. *An renuncatio in Lotharingi-  
am, in iuitis successoribus facta, ob-*

- liger iure eosdem? Quare bi obla-  
tam sibi A. 1679, in pace Neomag.  
a Gall. R. Lotharingiam recipere  
noluerint?*  
4. *Quid circa obiectatam duci fe-  
loniam, ducatus factam cesso-  
nem, et craque Gallo respondere  
& Germania possit, & superstites  
hodieque Lotharingiae in Germa-  
nia successores.*

§. I.

Primo itaque iuris, a Galliae rege  
in Lotharingiae ducatum postula-  
ti, argumento destructo: alterum  
namen obesse uidetur, etiam nunc di-  
scutiendum. Cessionem hic urgent,  
Galliae regi a Lotharingiae duce fa-  
ctam. Res per integrū fere hoc secu-  
E  
lum

\*<sup>(34)</sup>\*

lum & armis & scriptis agitata est: digna, ut a primis etiam nunc principiis a nobis repetatur. Temperauerant sibi per aliquot secula a Lotharingiae inuasione Galli(oo). Non, quod animus, sed quod occasio & vires illis de- essent. Rerum enim facie mutata, pristinam, ducatum hunc deuorandi cupiditatem, huius seculi initio, in ma- xima ducum Lotharingiae calamita- te, manifestam fecere. Desponfaue- rat sibi patrui Henrici, Lotharingiae ducis filiam Nicolaem, (pp) Carolus III. an. 1621. Haec, quod repudiata esset a marito, dotem repetiit, id est, totum Lotharingiae ducatum. Denegauit reddere eundem Carolus, foeminasq; a Lotharingiae successione excludi, af- seruit (qq). Detulit Nicolaea causam ad Galliae regem Ludouicum. Gra- tissimum regi negotium. Ut quem, infor-

\* (35) \*

infortunii causa perfidia eque exuerat  
aliquoties ducatu, eundem, auctis, iu-  
dicio Gallorum, criminibus, tandem  
eo prorsus excluderet (rr). Proderit  
interim tabulam, quam exhibemus,  
infexisse.

CAROLVS II.

*Lotharing. Dux. n. 1543. m. 1575.*

*HENRICVS Dux Lotharingiae*  
*n. 1563. m. 1624.*

NICOLAEA n. 1608.  
nupsit CAROL III.

*CLAVDIA ux.*  
*NICOL FRAN-*

FRANCISCVS

n. 1571. m. 1622.

1. NICOLAEA,  
2. BEATRIX,  
de Cussance  
3. MARIA Co-  
mitissa Asper-  
mont. Sine le-  
git. deceasit.

*m. 1670.*  
CAROLVS IV. alias. ~~w~~  
*1643. m. 1690. Uxor.*  
ELEONOR MARIA,  
Ferdinandi III. imp.  
*filia.*

*EFOP. JOSEPH. CAROLVS FERDIN. JOSEPHV.  
CAROLVS AGA- n. 1680. n. 1683. n. 1685.  
PETH. HIA-  
CINTH. n. 11. Se-  
ptembr. 1679.*

(oo) Bellis nempe intestinis atque Anglicanis impediti, manus a Lotharingia cohiberunt.

(pp) Mascula prole destituebatur HENRICUS Lotharingiae dux: habebat vero filias duas. Primogenitae NICOLAEAE debet batur ducatus Lotharingiae, si quidem is ad foeminas posset devolui: nisi enim hoc, FRANCISCO HENRICO, ducis fratri, ille fuisset obuenturus. Huius filius CAROLUS III. cui pater ius suum vivus concederat, ne disputando de iure patris in Lotharingiam, Heinrico patruo se exosum redderet, eius filiam Nicolaeam, ducatus magis, quam virginis caula, in matrimonium duxit. Consultius fore arbitratus; si, occupato iam ducatu, de iure possessionis tum demum disputare inciperet: an suo, an vero uxoris nomine, eum possidere.

(qq) Acriter tum disputatum est, an Masculina esset Lotharingia, an vero ad foeminas quoque posset devolui? illud pro Carolo III. J. Jac. CHIFLETTIUS probauit, qui Lotharingiam masculinam an. 1648. in lucem protulit: hoc vero plures Gallorum, ad defendandam destituta principis causam, scriptis publicis asseruerunt. Gabr. Baribol. GRAMONDUS Lib. XV. p. m. 670. & Anonymus, simili scripto pro Lotharingia faemina in medium productio an. 1640. Ques duos cum refutasset CHIFLETTIUS, argumenta eius discutere annis sus est Dav. BLONDELLUS in Praef. Apol. Lib. XX. & Geneal. Franc. plen. Affri. p. 260. seqq. Masculinitatem ducatus tribus tutus est fundamantis CHIFLETTIUS l.c. 1) Salica lege 2) statuto imperii 3) inter gentilicio & familiari. Quae, quomodo aduersa pars declinare laborauerit, exemplis in contrarium productis, prolixiora sunt, quam a nobis hic repeti possint.

(rr) Exemplum infelicissimi Principis apud omnem posteritatem esse poterit CAROLUS III. Multi ingenium eius incubant, quod levitatis arguant inconstitiaeque; sed, dum in causam mali originemque non, ut par est, inquirunt; neque quid perpetua fortunae aduersitas, quid calamitates, per ope nrae vitam continuatae, in animis mortalium possint, nrae habent: in scutiam atque rapacitatem Gallorum benigni-

\* (37) \*

nigniores; iniquiores in afflictissimi quondam principis manus  
 nes esse uidentur. Egerant tragoediam in Lotharingia per  
 dimidium seculum & amplius duo Galliarum reges. Potior  
 persona erat, ad omne deinde genus calamitatis deieclus  
**CAROLUS**: ad quam, ne quid mali deesset, etiam in illorum of-  
 fensam incurrit, qui ei praefidio esse pollicebantur auxilio-  
 que. Per capita ibo, ne materia nimium excrescat. Dum  
 capesseret an. 1624. **Lotharingiae ducatum CAROLUS**, impera-  
 tor, Galliarumque rex, bello impliciti fuerant. Non parum  
 utriusque tum intererat; quorsum noster se verteret dux,  
 cuius regiones inter utrumque interiacebant. Gallus ita-  
 que nostrum in Austriae partes inclinare praesentiens  
 (FREIBERG Germ. perturb. P. IV. p. 31.) an. 1631. quod et-  
 iam mortem Caroli ducis matre fertur attulisse (THEATR.  
 EUROP. Tom. I. p. 1046.) imparatum armis minisq; adortus est;  
 quem etiam tractatus in oppido Vico, quod a Marsallo, Lo-  
 tharingiae urbe parum distat, an. 1631. mensē Ian. initis, eo ade-  
 git, ut non solum amicitiam Austriae Hispanorum ciceraret; verum et-  
 iam in fidei pignus Marsallum oppidum regi tradere, (Tractatus  
 exhibent CHIFLETUS Com. Lotbar. c. XV. p. 61. LEONARD.  
 Tom. III. des Traites de paix.) Non sufficiebat Gallo huc prin-  
 cipem reduxisse. Cum enim statim post Jo. BAPTISTA GA-  
 stro Dux Aurelianensis, regi fratri insensus, cum duce Lotha-  
 ringiae amicitiam contraheret, eum atq; adstringendi oc-  
 casionem sumpfit; atque pactis LIVERDUNENSIEBUS an. 1632. d.  
 26. Jun. factis, Clermont, Senay & Jamez urbes, praeter superius  
 conventa, extorstu (FREIBERG Germ. perturb. P. IV. p. 137. THEATR.  
 EUR. T. II. p. 576. PUFEND. lib. IV. rer. Suec. p. 61. ipsos codicillos  
 exhibent CHIFLET. Com. Lotbar. c. 16. & LEONARD. T. III. d. l.  
 p. 10 seqq.) Durior hac conditio fuit priori: sed neq; dum animum,  
 libertatem recuperandi, depositus dux, in cuius spem  
 Nancaeum metropolin munire coepit. Quo ipso perdidit ur-  
 bem, Rex enim prostrauit ducem eapropter, & quod fratri  
 regio nuptias meditari cum sorore *Margaretha* crederetur  
 (THEATR. EUROP. Tom. III. p. 118.) ino etiam nondum ita

amicitiae Austriae valedixisset, ne Suecos, in finibus Lotharingiae belligerantes, in successibus impediret, (THEATR. EUROP. Tom. III. p. 85. PUFENDORF. Rer. Succ. l. V. p. 110.) Non respire a pristinis calamitatibus nostro permisit: quin potius minis atque Cameræ sive Metensis sive Parisiensis decreto, quod Barrem ducatum ob feudam non recognitum; atque Lotharingiam ob fidem saepius violatam duei ab iudicauit Regique addixit d. 30. Jul. 1633. CONTINUATOR Meterani L. LI. p. 266. THEATR. EUROP. Tom. III. p. 88. PUFENDORF. Rer. Suec. lib. V. p. 116. in tantum terrore impulit, ut miserrimae sortis dux Cardinalem fratrem ad regem mitteret; qui, nonnisi convento, de NANCEIO urbe regi tradenda atque feudo renouando an. 1633. d. 6. Decemb. ratibabio ad fratrem ducem, infelix nuncius, reueritus est. Tractatus suppeditant CHIFLETTUS Comm. Lothar. c. 17. p. 68. LEONARD. p. 14. l. c. THEATR. EUROP. T. III. p. 116. Taeduit exinde principem, libidini Gallorum sic perpetuo expositum uiuere: itaque abdicato ducatu fratrique cardinali commisso (TH. EUROP. Tom. III. p. 149. 165.) an. 1634. Austria se prorsus addixit acq[ui]a suo ducatu exul, in Germaniam se cum suis contulit; rerum bello tricennali gestarum, multitudine nemini ignotus. Verum id Galliae regi multum desiderata occasio fuit, ducatum, quem circumroserat haec tenus, deuorandi, SANMARTHANI T. II. lib. XXVI. p. 222. CONTIN. Meterani l. LI. p. 263. Strenuum exinde operam nauauit in bello tricennali pro Austria-Hispania contra Gallos CAROLUS, quem etiam, spe restituendae Lotharingiae apud se aluerant, fiducia eius an. 1635. in PACE PRAGENSIS confirmata Iusius ASTERIUS de Pacif. Prag. p. 54. Sed dum in longum haec trahuntur, neque certiora duci subinde apparent; contra Galliae regis minister Riebelius, dispensacione, super repudiata uxore & noua Beatrix inducta, a Pontifice impetranda (THEATR. EUR. Tom. III. p. 203.) aures ducis permulcet; aequissimarum etiam conditionum spe facta, ut in gradum Galliae regis rediret, allicit saepius: an. 1641. relata Germania, non tam ad Gallos transiit: quam in Galliam Parisios remeauit. Eae enim tum conuentiones erant, quas proposuerunt, p[ro]p[ter]e

pulchre sic decepto atque captiuo ueluti duci; ut non nisi in-vito potuerint extorqueri. Legitur pactio haec an. 1641, apud CHIFLETIUM Comm. Lothar. c. 19. Clientis obsequium tum regi du-cem exhibuisse, Galli triumphant. Rob. de GRAVEL. Plenipot. Gall. Memoriale in causa Lothar. d. 25. Octobr. 1670. Comitiis obla-tum quod extat Tom. V. Brachel. Con. p. 114, & antea SANMARTHA-NI T. II. Gen. Fr. XXVI, c. 6. Ast quicquid harum paclionum Gal-li Lotharingis obiiunt; id ea ratione hi auertunt; quod illa, ad quae captiuum tum principem, mox facti poenitentia du-cum, adegerint Galli, agnatos eius obligare nequaquam pos-sint. CHIFLETIUS c. XI. d. l. p. 80. Rediens ergo Parisijs Carolus conuenta non tantum detestatus est, publico eius causa scri-pto edito; sed etiam ad Austrio-Hispanorum partes denuo transiit. Duo inde emolumenta sumvit Gallorum rex (I) Primo enim, nouo hoc fratre fidei praetextu, Lotharingiam ita nunc oc-cupauit, ut in formam prouinciae redactam Galliae adnecte-ret. PRIOLUS His. Gall. L. I. § 26. p. 61, deinde (II) cum & an. 1644 iterum mutare inciperet Carolus LEONHARD Tom. III p. 1. adeo exosum Austrio-Hispanis se reddidit, ut an. 1648. pace Mona-steriensi §. 4. eum excludi tandem permitterent. conf. querela ducis ap. LUNDORP. T. VI. L. III. c. 42. PFANN. L. V. His. P. p. 642. seqq. PUFEND. L. XIX §. 153. p. 751.

§. 2. Iacuerat ex hoc tempore in vinculis gallorum Lotharingia. Hanc, ea facie, ab hoste Gallo dum princeps recipere detrectat; ab amico ipso vin-citus in Hispaniam abducitur an. 1654 (ss). Relucebat deinde an. 1659. in ACE PYRENAEA recipiendi amissa pes; sed cum eae pacis conditiones

es-

\* (40) \*

essent, ut nihil nisi nomen libertatis CAROLO restaret (tt); mentis suae fe-  
re incompos factus An. 1662. aperte  
seruitutem profiteri maluit; quam,  
inani liberi principis titulo, in seculi  
opprobrium, diutius uti (uu). Dum  
vero execratur fortunam nouercan-  
tem, facti tamen eum poenitet (xx).  
Vnde novam deinceps occasionem  
captavit Gallus, infelicissimum prin-  
cipem Lotharingia an. 1670. in perpe-  
tuum spoliandi (yy) & exuendi.

(ss) Injuriarum affuetus magis; quam tolerans Carolus, aeger-  
rime, ut par erat, tulit le a Pace Monast. 1648. exclusum, arque  
ad pecularem cum Galliae R. pacificationem ineundam remisi-  
sum esse ab Austriacis; insuper habito; quod communem  
Germaniae rem nummis, milite, maxima denique, qua po-  
terat, ope adjuvasset. PFANN. histor. Com. L.II. §.40. p.210.  
seqq. Nihil itaque reliquum erat; quam ad Galliae regis  
natum spiritum trahere vitamque. Illis omisitis, quac con-  
tra Haslos vicinosque tentavit (THEAT. EUR. Tom.V. XVII.)  
an. 1652. le Hispanis in Belgio, ubi degebat, suspectum redi-  
dit amicitiae, cum Gallo, in Hispanorum perniciem, con-  
dendae (Gal. GUALDUS in Histor. Pac. Pyren. 66. seqq.) Itaque  
capitur apud Bruxellas ab Hispanis Carolus A. 1654. mox in ar-  
cem Antwerpianam truditur; hinc tandem in Hispaniam T-  
leimus

\* (41) \*

letum navigio est evectus (PRIOLUS L. IX. Rev. Gall. §. IX. p. 320.  
GUALDUS d. l. p. 74. 75. seqq. THEAT. EUR. Tom. VII. p. 581.  
ubi ipsi codicilli exhibentur.)

(tt) Habetur causa Lotharingiae ducis instrumento PAC PYREN.  
a §. 62. usque ad 74. Quod exhibit Contin. BRACHEL. T. V. p. 63.  
Restitutus in ducatum hac pace Carolus; sed his fere ex-  
ceptis : Mediovico, §. 62. ducatu Barrensi §. 63. dominii, oppi-  
dis, praeposituris atque agris Stanci, Duni & Jametii atque Co-  
mitatu Claremontano §. 64. in ceteris ad ipsos codicillos le-  
ctorum remittimus. Haec ipsa fere ratihabuit Carolus 1661.  
tractatus exhibit LEONARD. dans son Recueil des traitez de  
paix Tom. III. CONTIN. Braebel. T. V. p. 73. conf. BREWERUS L.  
III. hist. decenn. p. 296.

(uu) Ita est : Carolus Dux an. 1662. Regi Galliae Lotharingiae da-  
catum prorsus concessit, ea conditione, ut ipsi certi proventus relin-  
querentur; ducesque agnati in amissione hereditatis solatium sicutem  
haberent, extincta Bourboniorum stirpe, Galliae regnum pre omni-  
bus regii sanguinis Principibus aliis consequendi. Tractatus suppe-  
ditant Contin. BRACHEL Tom. V. p. 85. & LEONARD. dans son  
Recueil des Traitez de paix Tom. III. fin. Quare agnati regis  
huic passioni strenue se opposuisse atque contradixisse apud  
PRIOLUM leguntur L. X. §. 24. p. m. 370.

(xx) Et frater ducis NIC. FRANCISCUS cum filio, quem habebat,  
CAROLO, & ceteri agnati his passionibus in sui detrimentum  
initis offensi, una voce omnes reclamarunt. Ipsum etiam pacto-  
rem conditionis poenituit. Discedit ergo, rege insalutato  
Parisiis, atque per literas, ad cancellarium scriptas, passionem  
rescindit, causam addens, *Je iis NB. ea nominatim conditione*  
*subscriptisse, ut agnati, quos nunquam consensuros sciverit, ratiba-*  
*beant, Henricus BREWERUS Histor. decenn. l. III. c. 9. p. 297.* Qui  
cum tractatibus se nunc opponant, se & voto suo solvi & irri-  
tum reddi, quicquid convenisset IMHOF. Geneal. Fam. Gall. p.  
84. & la Vie de Charles V. Duc. de Lorraine liv. I. p. 91. seqq. Adhaec  
Galliae R. ita se gescit, ne ad extrema cum principe descende-  
ret. Consultius ei fuit, novis tractatibus An. 1663. d. ult. Aug  
ducem ita adstringere, (Leguntur tractatus apud LEONARD.  
d. l. d. III. f.) ut commodiori eundem occasione pessundare.

LA VIE de Charles V. liv. II. p. 125. Ex hoc tempore Gallo nihil prius fuit; quam tolerare quidem principem in Lotharingia: agnatos vero & CAR. V. maxime a partibus Austriorum matrimoniis pollicitationibus, minis etiam atque modis quibuscumq; alii ad se trahere; irrito tamen conatu. Quae interim Lotharingi intra hoc tempus contra Turcas (Anon. in Mercur. Germ. p. 877.) in Wildfangiatu contra PALATINUM (Theatr. Europ. T.X. p. 458.) & pro Moguntia quoque in causa Erfurtensi (Henr. BREVER L.III. hist. decenn. c. 4. p. 212.) egerint, dicere nihil attinet.

(yy) Id erat, quod Galliarum rex, cum nostrum Lotharingia 1670. ultimo exueret excluderetq; (historiam vide in THEAT. EUROP. T.X. pag. 346. LA VIE de Charles V. LII. p. 170. & ante omnes Hen. BREWERO histor. decenn. L.III. c. 9. p. 300. Petr. VALCKENIER P. II. p. 78.) ei obiectavit, ab an. 1663. ad definitum modo tempus ducem datae fiduci atque trahatum oblitum esse: cives eum & subditos trium Episcopatum, tributorum nimietate, affixiss; insignia regia locis, ubi vel excupria fuerint vel picta frigilis ac de honestasse; terminos ducatus & fastulisse & promovuisse; tandem criminibus in regem Christianissimum auxisse. uideatur Rob. de Gravel, Plenipot. Galli scriptum an. 1670. in hac causa pro rege suo in Comitiis Ratisb. exhibut, quod in contin. BRACHELIO extat Tom. V. p. 141. cum aliud eod. anno, pro duce Lothringiae, eius delegatus Jo. a MONNET Reinemburg in iisdem Comitiis protulisset, quod apud eundem extat. Tom. V. p. 107. Lothringia itaque extorris CAROLUS Coloniam se contulit & publicae rei curis solutus, sacris vacauit; ut vel ea causa Pontificem moveret aliosque, quo sibi in desperatissima causa subvenirent (H. BREWERUS L.III. c. 9. p. 303.) Sed cum omnis fere conciliandi Gallum prorsus expirasset spes (VALCKENIER P. II. p. 78. & P. IV. p. 525.) eo maiores causas habuit CAROLUS, ut decennali fidere 1673. Kal. Jul. Hagae Com. concluso, Hispanis argue Germanis contra Galliae regem operam suam addiceret (Verba foederis exhibet BRACHEL. Contin. P. VII. p. 1. & VALCKENIER tract. publ. p. 103. n. 88.) Ex quo tempore strenuam in isto bello foederatis operam natauit. (VALCKENIER P. VI. p. 448. ubi etiam Caroli imago exhibetur) donec an. 1675. d. 18 Sept. & vita & calamitatis, per 40. annos continuatae, finem faceret.

§ 3. Polk

\* (43) \*

§. 3. Postquam vero in exilio obiis-  
set an. 1675. Carolus noster ; fratri filius  
CAROLUS LEOPOLDUS , quem alii  
Vtum dicere malunt, ducatum, here-  
ditario iure ad se devolutum, a Gallia-  
rum rege serio & saepius repetiit (zz).  
Nihil tamen identidem intensae ab  
eo querelae profecerant : usque dum  
an. 1679. in PACE NEOMAGIENSI rex Gal-  
liae restitutionem ducatus pollicere-  
tur (aaa). Ast vero sub durissima &  
servitututi proxima lege eum accipe-  
re , iustissimis de causis recusaret Ca-  
rolus (bbb) ; ducatu deinceps quo-  
que caruit , addixitque se cum suis  
partibus Austriacorum de familiaque  
Caesarea optime meritus est usq; dum  
mortem obiret an. 1693. (ccc). Qvod  
parentis exemplum filii heredes ad-  
hucdum gloriose imitantur (ddd).

(zz) Dixit enim Carolus V. quae patruus peccaverit ; ipsi nul-  
lo iure tribui ; neque hujus conventa obligare illum posse ;

\* (44) \*

qui eis nunquam fuerit assensus, (LA VIE de Charles V. liv. III. p. 202. seqq. 231. seqq.) ad quae obligari non posset ex latere successor agnatus. Libellos, quos inde ab an. 1676. usque ad an. 1679. in pacificatione Neomagense eius causa edi atque pacientibus exhiberi curavit ceteraque huc facientia suppeditant Actes & memoires des Negotiations de la paix de Nimegue a Amsterd. 1679. quatuor Tom. in 12. edit. Tom. I. p. 97. 100. 454. Tom. II. p<sup>o</sup>s 135. 139. 151. 155. 160. 177. 185. Tom. III. p. 95. 532. Jo. SAUTER. eadem fere in vernacula nostram transtulit Lips. 1680. 4. ed. Pertinent huc P. I. p. 126. 287. P. II. p. 69. 82. 98. 113. 231.

(aaa) Vid. art. XII. Instr. P. usque ad XXII. Prolixiora haec sunt quam ut hic possint transcribi. Summa eo recidit: restituatur dux in ducatum, sed iis conditionibus §. XII. urbs Nancejum cum suo banno maneat coronae Galliae §. XIII. quatuor in quatuor plaga mundi viae, singulis dimidiataam Lotharingiae leucam latis, Corona Galliae sibi designet ab urbe Nanceio (ne scil. ducatus obesse regi vel in Germaniam vel in Belgium irrumpentis queat) XIV. in Regiones quas dictae viae complectuntur, renunciat dux. XV. urbi & praefectura Longovicensis regi concedantur XVI. Rex Galliae urbem Tullensem duci concedit. XVII. qua concessionem Nanceji compensare vult XVIII. Jus nominandi Episcopum Tullensem Pontifici concedit rex; ad quem dux recurrit. XIX. Dux nihil mutet. XX. Latas a Gall. R. batenus in Lotharingia sententias abrogare non licet duci XXI. Rex duci Archivum Nancejo ablatum restituat XXII.

(bbb) Non opus est causam addere, cum durissimae ducatus reddendi conditiones recitatae sint. Legi tameu PUFENDORFUS potest L. XVII. Rer. Brandeb. p. 1295. §. 15. qui etiam L.

XVI. p. 1209. §. 35. recte dicit: non integrum fore his trattatis duci vel leporem venari, quin unam ex regionibus ac viis a Gallo postulatis attingat conf. ejusd. L. XVII. §. 38. p. 1319.

(ccc) Maximam fortitudinis, in Turco imprimis bello pro Germaniae ac Christianorum communis salute a CAROLO hoc nostro adhibitae, gloriari futura secula celebrabunt. Summatim res ab eo pace belloque gestas AUCTOR. vitae Caroli V. Duc. Lothar. Anonymus delcristis Gallico idiomate hactenus à nobis laudatus edit. Amsterd. 1691. 12. Neque dubium est, quin felicius res nostrae ad Rhenum contra Germani, hominem

stem cecidissent ; nisi in eripuisserent eum fata in maximis rerum conatibus an. 1690. d. 18. April.

(ddd) Unica nunc superstite filio LEOPOLDO JOSEPHO septendecim annos nato, spes in Imperatore est, qui ex sorore nepotem cum Augustissimo Rom. Rege Josepho filio ad optimam quaeque in Aula Caesarea passus est educari. Formidarunt quoque potentiam inde Austriacorum Galli, ut an. 1694. per Comitem d'Avaux universam Lotharingiam suo restituere heredi pollicerentur, quatuor tantum urbibus Saar-Loris, Bitsch, Homburg, & Long exceptis. Nunc vero cum reliquerit Sabaudus foederatorum partes, aliique nutare socii credantur, revocat oblata Gallus; atque non nisi conditionibus in pace Neomagieni expressis reddere Lotharingiam vult. In quas neque consentit Imperium, cuius tutelae se an. 1690. feceris, quas VITRIARIUS exhibet L. I. lib. 16. pag. 457. commisit: neque eas filii accipient, quas parentis nullo non tempore renuit.

§. 4. E volutis ita Lotharingicae tragœdiae annalibus, nihil porro negotii faceisset; postulata Gallorum in nunc ducatum iura ex suis etiam nunc fundamentis evertere. Perfidiae h.e. FELONIAE crimen cum inficiissimo principi obiiciunt [eee]; facile ad respondendum est: obiectatum hoc crimen ab illo tantum in Galliae regem committi posse, qui clientelari ei obsequio subiectus fit [fff]: ita vero nunquam Lotharin-

\* (46) \*

giae duces Galliae regibus obnoxios  
fuisse, diximus [ggg]. Sane qvod i-  
psam LoTHARINGIAM attinet, nec ipsi  
adeo impudentes sunt Galli; ut hanc  
eo modo sibi asserere conentur [hhh]  
de solo BARRENSI ducatu lis fuerat.  
Sed hunc etiam uirorum eruditorum  
plurimi ita de iuribus Gallorum ex-  
emerunt, suisqve ducibus vindicarunt;  
ut, qvin omnis dubitatio composita  
sit, nihil obstet, quam acerrima Gal-  
lorum habendi cupido [iii]. Qvod  
vero ad pactiones cessionesque CA-  
ROLI INFELICIS provocant Galli; il-  
lud ad hodie superstites duces nihil  
attinet. Hi enim, tantum abeunt, ut  
in conventiones eiusmodi consenser-  
int unquam; ut potius publice pri-  
vatimque contradixisse eosdem, &  
quantum penes ipsos fuit, repugnat  
se, orbi constet uniuerso [kkk]. Ta-  
ceo, pactorum tabulas agnatorum o-

nnium consensum praecepsisse & imperasse [111]. Nostri non minus imperii approbationem iure meritoque requiserunt [mmm]. Ut adeo principibus aeterna in Lotharingiam auctoritas sit; qva qya tamen etiam nunc uiuunt extorres.

(ee) Ita Rob. de GRAVEL. plenipot. Reg. Gall. conf. etiam quae Nic. VERNULAEUS dicit. II. de caus. belli Lothar. p. 20. exercitii loco ex hoc fonte perorat. Id uero erat; quod in imperium, Austriacos item & Hispanos, gentes Galliae tot seculis excolas, eum vidi-  
mus inclinasse ac propendisse.

(ff) Alias enim eiusdem absurditatis est; ac si Russorum Principem imperator noster criminis feloniae postulare nunc vellet; eo, quod noluerit olim causam eius contra Turcas adiu-  
vare. Sane perfidus esse nequit; qui fidus esse non tenetur.

(gg) Nulla sane vel specie veritatis id aliquis asseret: nisi ex ve-  
teri historia recoquere argumenta vellet, quae supra diluimus.

(hh) Si fabulas illorum exceperis superius confutatas. Ipse GRAVELLUS p. 104. in oratione an. 1670. in Comitiis exhibita (quam contin. Brachel. P. V. exhibet) id iuris relinquere videtur  
ducibus: demus, inquit, ducem tanquam absolutum & indepen-  
denter ad trattatus non teneri & quae sequuntur.

(ii) Ita quidem suae hic causae fidunt Galli, ut Rob. de GRAVEL memorialis an. 1670. in comitiis exhibito p. 104. haec verba in-  
feruerit: quis est in convenu hoc, qui ducatu Barrensem indubita-  
tum coronae Galliae fendum esset nesciat? Id quod deinde exemplo com-  
probare vult, quo Carolum infelicem an. 1641. clientelare mu-  
nus regi dicit praefituisse. Etiam ex historia hunc ducatum  
Galliae vindicare conatus est Dav. BLONDELLUS tr. Barrum com-  
pano Franciem dicto Amstel. 1652. recuso. Verum imperio iam  
asseruerat ducatum Barrensem J. J. CHIFLETTIUS Com. Lothar. an.

1649. Antwerp. fol. editio. Utriusque vero argumenta sub exten-  
men revocavit atque pro Germania nostra ex instituto pro-  
secutus est H. CONRINGIUS. L. I. de Fin. imp. c. VII. §. 6. p. 37. seqq.  
L. II. §. 3. p. 418. seqq. Non negant itaque ingenui scriptores a-  
liqui Barrensis ducatus, in Campania situm ac quid Legi  
subjectum esse. Verum, uti haec non nisi pauca quaedam  
praedia sunt, ita reliqua ducatus pars ad imperium nostrum,  
eodem, quo ipsa Lotharingia, iure pertinet. Demus itaque  
perfidum Gallo factum esse Carolum infelicem; demus obsequiu-  
ei clientelare etiam Parisis, ut maiores eius praestitisse, ni-  
hil hoc causae nostrae detrahatur. Ut enim hoc genus ho-  
magii ad quendam tantum Barrensis ducatus respicit: ita felonias  
(quamvis plura etiam in contrarium ex CHIFLETO, VERNI-  
LAEO, libris modo citatis, affere posimus) non extra hos fi-  
nes potuit committi; neque poena uberioris extendi.

(kkk) Protestationem a Nic. FRANCISCO Caroli infelici fratre factam exhibet CAR-  
FLETUS c. XX. Com. Lothar. p. 80. seqq. quomodo CAROLUS V. ejus filius ac heres  
post se geserit vel ex ANONIMO ejus vitae auctore lib. III. in primis factis super-  
que conflat. Quamvis enim Gallorum rex & Nemorosae Principis matrimonio &  
Bituricensis ducatus aliorumque reddituum spe, adoptione etiam in regiam firmi-  
pectus ejus emollire aliquantum, atque ut subscriberet cessioni, permovere solarii  
nunquam tamen in tanta CAROLI V. constantia, id potuit obtinere. Conf. et  
iam IMHOE. Gen. Franc. Tab. Lothar. III. p. 84.

(lll) Non frustra tantis artibus Galliae Rex CAROLUS V. heredem in paictione her-  
ius confundit trahere quecivit. Non enim requirebatur in iure tantum, ut  
feuda alienari nequeant dissentientibus agnatis; sed etiam ipsius CAROLI infelici  
eis subscriptio & pollicitatio talis erat: si eam agnati, quos id nunquam faderent  
esse sciverat, rati haberent. (H. BREWERUS hist. decenn. L. III. c. 9. p. 297.) Condi-  
nata igitur subscriptio fuit, quae nihil, ut cum scholis loquuntur, ponit in elle.

(mmm) Feuda Imperialia, nonnisi Imperii consensu alienari posse, quis natus  
Aest dicas an. 1542. per traillatum superius laudatum Lotharingiam nexus benefici-  
ciario & clientelari ab Imperio solutam esse? Verum est: sed in tantum non  
in totum, ut scholas ait. Nihil enim in istis privilegiis de alienatione pos-  
tius amicus Imperii esse, iubetur teneturque ad tributa seruitiaque in S. R. le  
matricula signifikatim adnotata. Cui legi addicatus permanet Lotharingius etiam  
post factam eius emancipationem. Ceterum Germaniae interest, conjunctio etiam  
sibi aliquo tantum nexus habere Lotharingiam; magis refer, duces a Gallia  
Regum nimia coniunctione abstrahi; maximum vero est, Galli.e Lotharingian  
non pro�is innecti. Ex qua subtiliter aditus rapacissimo hosti in Belgiam, Pa-  
latinatum, Alsatiam atque interiora Germaniae loca quaque patet. Agit  
gitur causam hic vestram nunc tandem Germani! illud cogitate: in cuius me-  
nibus cl. ves relinqvit; eidem thesauros oculos velle, in politiciis re-

angózvavet, remque e scholis prudentum explosam esse,

, in  
tri-  
iam  
evi  
fui  
spie  
tibi  
ani-  
um,  
que  
l ar-  
ura-  
em.  
avi  
redi  
olum  
s au-  
is li-  
erat  
rito-  
ndos  
nusis  
vo-  
rum  
cum  
Mene

05 A 978 (1/6)



9b



J. P. Ludewig / P. P.

DE JURE,

QVOD SIBI GALLIARVM REX  
IN

OTHARINGIAM

POSTVLAVIT VSVRPavitQVE HACTENVS,  
SCRIPTA DISSERTATIO,  
RVM SERIE AD HÆC TEMPORA VSQ; PRODUCTA.

AD ILLVSTRISSIMVM ATQVE EXCELLENTISSIMVM  
DOMINVM

GOLAVM BARTHOLOMAEV MICHAELEM  
LIB. BARONEM

DE DANKELMANN

ERENISS. ATQVE POTENTISS. ELECT. BRANDENB.  
CONSIL. STATVS INTIMVM,  
CAMERÆ DVCATVS MAGDEBVRG. PRAESIDEM,  
IN AVLA CAESAREA HACTENVS LEGATVM  
SPLENDIDISSIMVM .

NVNC ORBIS CHRISTIANI  
DELEGATVM PACIFICATOREM,  
FAVSTO OMINE  
FRIDERICIANAM  
TRANSEVNTEM.  
Editio quarta.

HALAE MAGDEBVRG.

is CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr. 1712.

B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Green

Cyan

Blue

